



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Secta Epicureorum in ecclesijs Luderanis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

IMPUGNANTES LUTHERISMUM

amplexi sunt titillatione carnis, prutiente inguine, veteri exigitante eos Adam, ut Saluianus, si viueret, eis diceret, Quomodo Luther bonus magister est, cuius tam malos videmus discipulos. Nolo obijcere, cum hic Lutherū magistrum faciat illorum, cur tot annis in negocio eucharistiae illius repugnat sententiae, filij desertores, filij durafacie & indomabili corde at properamus ad alia.

Veritatem tamen fatetur Bucerus, catholicis fidem omnem accommodatam, velut veteris ac probatæ religiosis assertoribus. At Lutheranos insectari ac execrari tanquam nouarum & damnatarum hæresum inuentores & propugnatores: Varia igitur facit genera eorum qui impugnarunt Lutherismum. At in scholis obijcerem, diuisio nem illam non continere omnia membra sub diuiso contenta, quoniam Parabaptistæ sub nullo istorum membrorum continentur, cum quibus tamen Vatiniano odio dissident, vt Baldasar, caput illius hæresis Vuollenburgo Thuringen. probauit. Porro pro membro ponit Epicureos, turpivita libidinosos. Hi ventricolæ, subantes sues, olidi hisci, obsecenze nonnæ, Lutherismum nō impugnant, sed amplectuntur per omnem impudicitiam: gaudentes quod patrocinium adepti sunt propudia turpitudinis suæ ac libidinis, vt impune in castris Veneris militare possint & omni immundicia se conspurcare & polluere & ex monasterijs prostibula facere. Ideo si vere dixit Augustinus, tantam esse vim honestatis, vt pene omnis natura humana eius laude moueat, nec usq; adeo viciosa, vt totum amittat sensum honestatis: consectorium est nonnos & nonnas Lutherismi, omnem honestatem repudiantes, ipsam quoque humanitatem exuisse.

Fol. 11  
De ciuitate dei. 2.  
cap. 25  
Quod deformatissimus ipse Sycophanta Bucerus promittit viciatas reformare velle & emendare ecclesiæ. Vestus est verbum, stultus est qui à clando vult discere rectum incessum;

NON A VERT V NTVR FVCIS VERBORVM. Fol. 18  
incessum: nam quæ adfert, quod deo gloriam dari negligi-  
mus, & bona pro malis impugnemus, recte in caput suum  
regerūtur, cum Lutherani sint huiusmodi, qui dicunt bon-  
um, malum, vt vota, iejunia, virginitatem &c. & malum  
dicunt bonum, inobedientiam prælatorum, quod non o-  
rant, non confitentur, & nihil prorsus boni faciunt. Hoc  
tantum est bonum apud eos, spoliare ecclesiæ auro & ar-  
gento, gemmis, calicibus, monstrantib; redditibus ac o-  
mni ornatu: huiusmodi sacrilegia docent, faciunt, & de-  
fendunt Lutherani. Vnde vere ait Ioan. Picus: Nulli dely-  
iant delyratius, quām qui delyrio præferunt multum se-  
rium. Denuo prophetat Caiaphas, aliquos aduersari Lu-  
theranis, quos partim mouet vniuersitæ ecclesiæ autoritas  
& maiorum reverentia, denique innatus bonis & mode-  
stis ingenij amor receptorum, præsertim de religione: par-  
tim offendit tantarum apud nos rerum intrepida noua-  
tio. Deinde etiam orationis, qua plærius nostrum vtun-  
tur, insolentia, vt ipsi iudicant, & acerbitas. Quis autem est  
tam insipiens, qui neget illos recte aduersari Lutheranis  
& rationabiliter.

Subdolus Sinon promittit se nihil aliud querere, quām  
regnum dei, eo tendere eorum consilia, vt illud erigatur.  
Quām vere dixit Augustinus, hæreticorum ecclesia sub no-  
mine Christiano agnum præfert, & draconis venena laten-  
ter infunditat quis hoc credat: cum omnis eorum labor  
eo tendat, vt destruncto regno Christi, euersis altaribus,  
fractis CHRI STI & sanctorum imaginibus, spolia - Luth. au-  
tis ecclesiæ, cessantibus missarum solennijs, ac diuinis offi- gent re-  
cijs, silentibus choris, evacuatis monasterijs, regnum dia- gnum dia-  
boli potenter augeatur & triumphet. Nihil interea in ec- bolo.  
clesijs suis & speluncis retinent, nisi ebriosum coenæ dos  
minicæ (ita vocant) conuiuum, clamosos & omnibus in- Quid in  
iuriuos prædicatores, vullantes lupos, & pro omnibus sacris Lu-  
diuinis theranox